

128
 Transumptum literarum quibus
 continetur iuramentum à pro-
 ceribus regni Hungarie Casimi-
 ro regi Polonie præstatum, quo illi
 pacta inter eundem Casimirum et
 Carolum Hungarie regem de
 successione filiorum ejusdem re-
 gni Hungarie in regnum Polo-
 nie inita, confirmant. Datum in
 Zadoch in vigilia Sanctorum
 Philippi et Jacobi. Anno. 1355.
 datum vero instrumenti Crauvid
 5. Calend. Octobris. 1357. ex Au-
 tographo.

In nomine Domini Amen.

Notent universi præsens transum-
 ptum seu transcriptum publicum inspe-
 cturi, quod nos Joannes Decanus et
 cancellarius Crauviensis vidimus et di-
 ligenter inspectimus quandam paten-
 tem literam sanam et integram omni-
 que prorsus vitio carentem tenoris et
 continentie infrascripte Cui quidem li-
 tere decem sigilla, duo oblonga figure
 octo vero sphenica figure de cera com-
 muni ad tergum sed ad faciem de ce-
 ra rubra, solum ultimum sigillum
 de cera communi ex utraque parte
 in pergameni pressulis appendebant
 tenor vero ejusdem per omnia sequi-
 tur in hæc verba.

In Christi nomine Amen.

Quoniam est moris consuetudinis atque
 consensum rationi ut quid quid Regia.

majestas De consilio et beneplacito pre-
latorum et baronum procerum ac no-
bilium regni sui decreverit faciendum
sive statuendum et matura Deliberatio-
ne prehabita agit, ordinat et disponit
in his presertim quae ad utilitatem ho-
norem et commodum suum sui que
regni venire possunt. non immerito sic
ordinata acta et disposita ab omnibus
regni colis debent approbari et invio-
labiliter observari. Hinc est quod nos
Nicolaus Dei et Apostolicae Sedis gratia
Archiepiscopus Aragoniensis loaque
ejusdem comes perpetuus de Tharath
Thomas Pell magister Sanitorum Regia-
lium et castellanus de Chokokow Maro-
chusen magister Agazonum reginalium
et comes de Beregh, Nicolaus prepo-
situs Auciensis Ladislaus prepositus
Chazmensis comes capelle Regiae, Gre-
gorius Custer Varadiensis Decretorum
Doctor, Joannes Oliveri magister Da-
piferorum Reginalium ac Joannes
Alexandri comes Sagradiensis et ca-
stellanus de Simus et de Idendren
De consensu mandato beneplacito et
voluntate serenissimorum principum
Domini Ludovici praedicta gratia regis
et Domine Elisabeth Regine Hunga-
riae Genitricis ejusdem dominorum
nostrorum, vobis excellentissimo Prin-
cipi Domino Casimiro saepe dicta
gratia Polonorum Regi personaliter
recipienti promittimus bonafide absq-

omni,

575.

omni dolo sine fraude quod adhuc ut
compositio ordinata et dispositio que
dudum inter Vos et potentissimum
principem quondam Dominum ac
Regem Carolum Serenissimum, Do-
minumque nostrum super subiectio-
ne Omagii et regimine regni vestri
Polonie in Persona Serenissimorum
Principum Dominorum Ludovici, An-
dree et Stephani natorum ipsius
in casu ubi vos, absque herede ma-
sculini sexus decedere contingerit inita
fuit et firmata, et nunc prefatis Do-
minis Andree et Stephano sublatis de
hac vita inter vos et prelibatum Domi-
num Regem ac inclitum Principem Do-
minum Joannem Duem totius Sela-
vonie, Croatie et Dalmatie supradic-
ti Domini Stephani Ducis filium Ne-
potes vestros, quo ad eorum heredumque
ipsorum ^{masculini} sexus, de quo supra personas
innovata perpetuis temporibus invio-
labilitate et inconvulsa, quo ad omnes
suis articulos ac clausulas tam quo
ad ea que per vos sunt assumpta quam
quo ad ea que per predictos Dominos
nostros Regem et Reginam vobis regni
que vestri regni vobis assumpta existunt
viceversa perseverent toto nostro prope
et conamine erga predictos Dominos
nostros efficaciter insistemus, ipsisque
quo ad omnia predicta et que ea
contingere possent quoquomodo assiste-
mus consiliis et auxiliis opportunis

Et nihil omnino quod per nos circa præ-
dicta alias debent fieri efficaciter curar-
imus adimplere Sic Deus nos adjuvet
et hæc sancta quæ tangimus evangelia
In quorum testimonium sigilla nostra
presentibus duximus appendenda Datum
in Turoch in Vigilia Sancti Philippi
et Pauli apostolorum Anno Domini
1355. - - - Qua quidem litera visa et
diligenter inspecta inventaque sincer-
a in omnibus ipsam ad instantem
petitionem discreti viri Domini Nicolai
Kalka procuratoris Serenissimi
principis Domini Casimiri regis Po-
lonie habens ad hoc speciale manda-
tum per Henricum Nicolai de Kuskow
infrascriptum publicum Notarium, cui
auctoritate nostra ordinaria transsumi et
conscribi mandavimus et adigi in
hanc formam publici documenti
volentes et decernentes ut huic transu-
pto deinceps ubique locorum bona fides
adhibeatur, ipsumque transumptum
fidem faciat in agendis ac si ipsa origi-
nalis litera appareret Quibus omnibus
et singulis pro tribunali sedentes au-
thoritatem nostram ordinariam inter-
ponimus et decretum, et ad majorem
hujus rei evidentiam sigillum nostrum
presentibus duximus appendendum
Datum et actum Cracovie 5 Calen-
das Octobris in domo nostre habi-
tationis Anno Domini 1354 In-
dictione 10. hora quasi prima præ-

sentibus.

presentibus honorabilibus et discretis
 viris Dominis Sedeone Lanu-
 ciensis, Jacobo Sandominiensis eccle-
 siarum scholasticis Thamiene Cano-
 nico Canonico Cracoviensi, Philippo
 capellano et Nicolao clerico nostris
 familiaribus testibus ad premissa.
 Et ego Henricus Nicolai De Ruzkow
 clerus Vratislaviensis Diocesis, publi-
 cus imperiali auctoritate notarius pre-
 scriptam literam de mandato prefati
 Domini cancellarii et ad instantem
 petitionem supradicti procuratoris de
 verbo ad verbum transumpti et fi-
 deliter exemplavi, nihil addendo vel
 minuendo, prater quam formam lite-
 ram vel syllabam que mutat sen-
 sum seu vitiat intellectum, et facta
 diligenti collatione cum ipso tran-
 sumpto ad originalem literam utru-
 que inveniri bene per omnia conor-
 dare,ideo me cum signo et nomine
 meis solitis consignavi in testimo-
 nium omnium premissorum.

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.]

[Faint handwritten text at the bottom right corner.]